

a. n.
414
14.

695

II i
2037

DE
THEOPHILO EPISCOPO
ANTIOCHENO
PRAESIDE
M. THEOPHILO
GRABENERO
RECTORE ILLVSTRIS
AFRANEI

DISPVAT
ET VT
OMNES QVORVM VOTIS
ILLVSTRIS SCHOLA

NITITVR
DIE SEXTO FEBRVARI A. C. MDCCXXXIII
AVDITA HORA DECIMA ANTEMERIDIANA
PRAESTANTISSIMA PRAESENTIA
AVDITORVM NVMERVM AVGEANT
SCHOLAEQVE VLTIMVM VALE ACCLAMANTEM
BENEVOLE AVDIANT

REVERENTISSIME PRECATVR
JOANNES MICHAEL FREYBERGIVS
LIPSIAM PETENS ALVMNVS.

DRESDAE STANNO HARPETERIANO.



DE
THEOPHILUS EPISCOPUS
ANTIOCHENUS

PRÆSIDI

M. THEOPHILUS

GRABBIENENSIS

RECTORIS ACADEMIE

ANTIOCHÆ

DISCRETIS

ET V. S.

OMNES QUORUM VOTIS

ACADEMIE ANTIOCHÆ

PROFICERE

DE SEXTO FEBRUARII A. G. MDCCXXXIII

SCRIPTUM EST A THEOPHILUS

IN ACADEMIA ANTIOCHÆ

AD HOC VOTUM AGENS

SCIENTIÆ ET LITTERARUM

PROFICERE

ACADEMIE ANTIOCHÆ

PROFICERE

ACADEMIE ANTIOCHÆ



Faint, illegible text or markings in the center of the page.



V I R O
SVMME VENERABILI, MAGNIFICO, EXCEL-
LENTISSIMO,
D O M I N O
BERNARDO GVALTERO
MARPERGERO,

SACRARVM LITTERARVM DOCTORI LONGE
CELEBERRIMO,
SACRORVM IN AVLA REGIA ET
ELECTORALI SAXONICA ANTISTITI PRI-
MARIO, CONSILIARIO ECCLESIASTICO ATQVE CON-
SISTORII SVPREMI ADSESSORI SPECTATISSIMO
GRAVISSIMOQVE,
DOMINO AC MAECENATI SVO
INDVLGENTISSIMO,

VLTIMVM HOC AFRANENSIS INDVSTRIAE SPECIMEN
D. D. D.
E I V S

REVERENTISSIMVS CVLTOR
JOANNES MICHAEL FREYBERGIVS.



V I R O

AVIAE VENERABILIS PATRIS VICE

RECTORIS

D O M I N O

BERNARDO GUALTIERO

MARPERGERO

SACR. THEOL. DOCTOR

ORDINARIUS

SACRORVM IN AVA REGIA ET

UNIVERSITATIS

RECTORIS

ET

PROVINCIAE

RECTORIS

ORDINARIUS

ET

1772

PROVINCIAE





§. I.

THEOPHILVS, trium librorum ad
AVTOLYCUM pro Christi doctrina
scriptorum auctor, (a) non fuit ille
THEOPHILVS, ad quem D. LV-
CAS duos de uita et rebus gestis
Christi, seruatoris nostri et Apostolorum
libros scripsit, (b) nec alius quisquam recen-
tior,

A 2

(a) Praeter illas horum librorum editiones, quas LVD. ELIAS
DVPINIVS in *Noua Bibliorbeca Auctorum Eccles. p.*
m. 101. recenset, eminent JO. FELLI, Oxoniensis
Episcopi editio 1684. in 12mo, e codice Bodleiano et
JO. CHRISTOPH. WOLFFII, Hamburgensis quon-
dam Theologi, 1724 in 8uo, quam nos sequimur.

(b) THEOPHILVS, ad quem LVCAS scripsit, teste SYRO
BAR BAHLVTI, quem EDMVND. CASTELLVS
Lex. heptaglott. p. 3859. laudat, *Alexandrinus* fuit,

tior, (c) sed Episcopus Antiochenus, inde ab initio fundatae per D. PETRUM ecclesiae sextus, (d) e profano Philosopho doctor Christianorum factus, (e) M. AVRELIO ANTONINO

LVCAE et Apostolis coetaneus. At noster *Antiochenus* est aetate multo inferior, quippe qui ipse *libr. III. ad Autolyicum cap. XXVI. XXVII. XXVIII.* M. AVRELIUM ANTONINUM PHILOSOPHUM, et mortis eius, mentionem iniicit, adeoque significat, se post A. C. CLXXX. libros hos scripsisse. Itaque GUILIELMUM TYRIVM *de Bell. sacr. libr. IV. cap. IX.* NICEPHORUM CALLISTUM *Hist. Eccl. libr. III. cap. XXV, & libr. IV. cap. IX.* FLACCIVM BLONDIVM *libr. III. Decad. XI.* CHRISTOPHORUM SANDIVM *Nucl. Histor. p. 90.*, qui *Antiochenum* et LVCAE THEOPHILVM eundem faciunt, ex temporum ratione erroris convincere facile est.

(c) HIERONYMVS *Epistola CLI. ad Algasiam Quaest. VI.* septimum fuisse tradit, haud dubie, quod ecclesiam Antiochenam a D. PETRO audierat fundatam esse, quem ea de causa primum fuisse putat Episcopum.

(d) Sex Episcopos Antiochenos primos enarrat EVSEBIUS hoc ordine: EVODIVS, IGNATIVS, HERO, CORNELIVS, HEROS, THEOPHILVS. *Conf. COTELERIVS ad Constit. Apost. libr. VII cap. XLVI. p. 383.* FABRICIVS *ad Hieronymum de uiris illustribus, cap. XXX.*

(e) Profanum se hominem ante fuisse testatur ipse *libr. I. cap. XIX, καὶ γὰρ*, inquit, *ἐγὼ ἠπίστου τέτο (ἀπίστεον* videlicet *τῶν νεκρῶν) ἐπέδαξ* et ad Christi sacra

NO PHILOSOPHO, et eius filio, COM-
MODO, in primis clarus. (f)

§. II.

Qui, THEOPHILVM hunc Antiochenum
trium ad AVTOLYCVM scriptorum librorum
auctorem esse, aut dubitant, aut negant, no-
dum in scirpo quaerunt, ac nihil agunt. (g)

A 3

§. III.

conuersum, postquam incidisset in libros sacri codi-
cis: πιστω ἐπιτυχῶν ἱερῶς γραφῶν τῶν ἀγίων Προ-
φητῶν. Philosophum autem fuisse, et ex amico Au-
tolyco, homine docto, lib. II. cap. LVII. libr. III. cap.
VI. et ex ratione disputandi liquet.

(f) Quod ipse prodidit lib. III. ad Autolycum cap. XXVI.
XXVII. XXVIII. ut supra dictum.

(g) HENRICVM DODWELLVM, qui in *diss. II. ad Irenaeum*
§. 44. et 50. et in *Addendis ad Fo. Pearsoni Diss. de*
success. primorum Romae Episcop. Opp. Posth. p. II. sq.
alii cuiusdam THEOPHILO recentiori uindicare hos li-
bros studuerat, CL. WOLFIVS in *praefatione editi a se*
Hamburgi 1713 cc XXIV Theophili accurate con-
futavit. LVCAE OSIANDRI *Cent. II. Hist. Eccles.*
p. 70. et JOANNIS SELDENI *lib. III. de Jure Nat.*
& Gentium cap. XIX. p. 416. dubitationibus respon-
dit WILHELMVS ERNESTVS TENZELIVS
Exercit Select. Parte I. p. 212. sq.

§. III.

Liber THEOPHILI DE TEMPORIBVS, quem LACTANTIVS INSTITVT. LIBR. I. DE FAB. RET. CAP. XXIII, laudat, alius non est, quam THEOPHILI LIBER TERTIVS AD AVTOLYCVM (h)

§. IIII.

Ea utitur THEOPHILVS ratione disputandi, qua hominis apprime docti AUTOLYCI propugnacula Christi doctrinae opposita subruat, ipsum-

(h) Nam et nomen argumento libri conuenit, qui inde ab ultima hominum aetate rerum gestarum, maxime scriptorum, historiam repetit, et illa ipsa uerba, quae LACTANTIVS l. c. e THEOPHILO affert, *libr. III. ad Autolyicum cap. XIX.* habentur. Inde et *Χρονολογία σοφιστικῆ* nomen meritis uidetur THEOPHILVS, quamquam THEOPHILVS CHRONOGRAPHVS, quem JO. ANTIOCHENVS MALELA laudat, longe alius est ab hoc nostro THEOPHILO, quod pridem animaduertit HVMPHREVS HODY in *Prolegomenis ad Malelam* §. 24, et FABRICIVS *Bibl. Gr. libr. V. p. 96.* et ex his CL. WOLFFIVS ad *Felli praefationem nota d.*

(i) Nam illi *Autolyici* *πρώτω ψευδῶς* cerni oportere Deum, si quis sit: opponit illud THEOPHILVS: *Existere hominis animum, quod neget nemo, nec cerni tamen*

ipsumque, si non erroris efficacissime conuincat, certe prioris sententiae dubium reddat, et ad accuratius pensitanda doctrinae coelestis momenta illicitat. (i)

§. V.

oculis corporis, cerni tamen oculis animi et Deum, & animum, posse, si quis, luce divina in animam admitta, utriusque vim ac uirtutem ex effectis colligat. Conf. libr. I. cap. III. sq. Illos autem, quos Autolytus Deos crepet, Deos esse non posse, quod hominum manu parentur, uirtute mortuos in uitam reuocandi destituantur, hominum impotentissimorum, sceleribusque infamium, nomina et personas referant, aut uilissima sint animalia libr. I. cap. XIV. sq. contendit. Negantem, mortuos reuocatum iri ad uitam suo ipsius gladio primum iugulat, dum Herculem ei et Aesculapium, quos e cineribus reuixisse poetae commenti sunt, oggerit, tum ex dierum noctiumque uicissitudine, e seminum mutatione, terraeque prouentu, e lunae incrementis ac decrementis, e restituti homini post morbum carnibus & uiribus, denique e poenis post mortem constitutis, quarum aliquam notitiam ipsi poetae profani habuerint, perdocet, posse rem, quae uidebatur interuisse, restitui in integrum, nec profanarum gentium doctores huius ueritatis omnino expertes fuisse, libr. I. cap. XIX. sq. Hos enim ait, Herculem finxisse, quum se in monte Oeta concremasset, ipse ex puluere in uitam rediisse et supplicia mortuorum post mortem constituisse,

AK II, 2037

X 337 9247

8




§. V.

Vocem ἀρχήν, quam LIBR. I. CAP. V. de Deo
praedicat THEOPHILVS: Εἰ λόγον ἔπρω, inquiring,
ἀρχήν αὐτῆ λέγω. rectius PRINCIPATVM, aut IMPE-
RIVM, quam PRINCIPIVM interpretamur.

Nec enim THEOPHILVS Deo principium usquam tribuit,
ut de quo dicit *libr. I. cap. VI.* Ἄναρχος δὲ ἔσῳ, ὅτι
ἀγέννητός ἐστιν, et *libr. II. cap. V.* ὁ Θεὸς ἀγέννητος
ὢν. Ipse Theophilus, quid dictum uoluerit, inter-
pretatur, quum *libr. II. cap. XIV.* dicit: ἔτος λέ-
γεται ἀρχή, ὅτι ἀρχαὶ καὶ κυριεύει πάντων τῶν δι' αὐτῆ
δοθημισεργημένων. Itaque hic locus Theophili non est
eiusdem sensus cum Joan. I, 1. In hoc enim ad
ἀρχήν τῆ κόσμος potius respicitur, Theophilus autem
ἀρχήν Θεῶ signifiat, nisi malis forte ad praecedens
uocabulum ποιήμα illud ἀρχήν αὐτῆ referre, quod ta-
men minus consonum notioni praecedentis sequen-
tisque αὐτῆ uidetur. *Conf, Not. g. ad libr. I. cap. V.*





DE
THEOPHILO EPISCOPO
ANTIOCHENO
PRAESIDE
**M. THEOPHILO
GRABENERO**
RECTORE ILLVSTRIS
AFRANEI

*DISPV*TAT
ET VT
OMNES QVORVM VOTIS
ILLVSTRIS SCHOLA
NITITVR
DIE SEXTO FEBRVARII A. C. MDCCXXXIII
AVDITA HORA DECIMA ANTEMERIDIANA
PRAESTANTISSIMA PRAESENTIA
AVDITORVM NVMERVM AVGEANT
SCHOLAEQVE VLTIMVM VALE ACCLAMANTEM
BENEVOLE AVDIANT
REVERENTISSIME PRECATVR
JOANNES MICHAEL FREYBERGIVS
LIPSIAM PETENS ALVMNVS.
DRESDAE STANNO HARPETERIANO.

695
Pi
2037

